

Guillelmus de Gurrizio

18

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Guillelmus de Gurrizio

18

1456-11-02

In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
 Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo
 quinquagesimosexto. Regnante ... Alfonso Dei gratia
 rege Aragonum et Sicilie citra et ultra farum, Valentie,
 Ierusalem, Hungarie, Maioricarum, Sardenie et Corsice
 ××× duce Athenarum et Neopatrie ac etiam comite
 Rossilionis et Ceritanie, regnorum ... eius huius sui
 dominii anno vicesimo primo, ... dominante quoque in
 principatu Tarenti et civitate Matere ... Iohanne Antonio
 de Baucio de Ursinis, Tarenti principe, Licii comite ac
 regni Sicilie magno comestabulo etc.; mense Novembris,
 die secundo eiusdem ××× <quinte> indictionis, in civitate
 Matere

Nos Angelus de Ciminello de eadem civitate,...
 imperialis per totum regnum Sicilie citra et ultra farum
 ad contractus iudex, Guilielmus de Gurrizio de eadem
 civitate... puplicus ubilibet et per totum regnum Sicilie
 citra farum regia auctoritate notarius, donnus Petrus
 Nicolai de Cassano, donnus Iulianus Nicolai de Renza,
 Iacobellus de Ciccarello, Andreas Nicolai de Renza,
 Antonius Angeli de Brindusio et magister Petrus de
 Iohannella, testes... fatemur... quod... constitutis Nicolao
 de Renza, de eadem civitate,... et Antonio de Caruso,...
 de eadem civitate,... prefatus... Nicholaus de Renza
 asseruit... habere... domum sive grictam unam cum
 platea et cisterna una et fovea una ante ipsam... intus
 Saxum Barisanum eiusdem civitatis Matere, in pictagio
 sancti Antonii eiusdem Saxi Barisani, iuxta domum
 dotalem Primi de Laganella,... viam puplicam... viam
 vicinalem et... fronte ipsius gritte;... et placebat eidem
 Nicolao dictam domum sive grittam... vendere... Qua
 propter... vendidit... supradicto Antonio de Caruso...

supradictam domum sive grittam... pro... pretio uncie
unius et tarenorum viginti quinque

Quod scripsi ego prefatus Guilielmus... notarius... † Ego
Angelus de Ciminello imperialis auctoritate qui supra
iudex me subscripsi † Ego Iacobellus de Ciccarello
testor qui supra † Signum crucis proprie manus mei
Andree Nicolai de Renza qui supra testis inlicterati et
scribere nescientis † Signum crucis proprie manus mei
Antonii Angeli de Brundusio qui supra testis inlicteratus
et scribere nescientis † Signum crucis proprie manus mei
magistri Petri de Iohannella qui supra testis inlicterati
et scribere nescientis † Ego donnus Petrus Nicolaus de
Cassano testis qui supra